

Q. 230. 8.

Ya
1544

5

MEMORABILIVM
BIBLIOTHECAE, CHEMNICENSIS

PART. V.

EDIT. ET. SIMVL

AD

ACTVM. SIGELIANVM

D. III. ID. FEBR.

A. R. S. clō Id cc LXXII.

HORA. NONA. AVDITA. INSTITVENDVM

GRAVISSIMOS. SCHOLAE. INSPECTORES

PATRONOS

FAVTORES. QVE. REL. LITTERARIAE. OMNES

SVMMA. ANIMI. VENERATIONE

INVITAT

M. IOAN. GEORG. HAGER

RECTOR.



CHEMNICII
LITTERIS. IAHNIANIS.

(5.)



1784

MEMORABILIA
DISCIPLINAE CHEMICO-MINERALIS
PART. I.
AD
ACTUM SIGILLANVM

D. N. H. T. E. E.
A. N. S. C. P. S. C. E. T. E.
H. N. O. N. A. V. A. S. I. T. A. I. N. S. T. I. T. U. T. I. O. N. E.
C. H. E. M. I. C. A. E. T. M. I. N. E. R. A. L. I. A. E.
P. A. R. T. I. I.
P. A. T. T. E. R. I. A. E. O. M. N. I. A.
S. Y. M. M. A. T. I. C. A. E.

H. J. G. H. A. C. H. E. R.
D. O. C. T. O. R.

LEIPZIG
P. R. I. N. T. I. P. I. U. M.





Antequam nostra continuamus Memorabilia merito liberalitatem iam saepe laudatam Viri Summe Reuerendi Doctissimi que IOAN. FRID. GÜHLINGII, Ephori nostri & Past. Prim. ad d. Iac. meritissimi grata mente praedicamus, cui bibliothecam nostram in praesenti augere placuit sequentibus libris: 1) *Histoire des Medailles, ou Introduction à la connoissance de ceste science par CHARLES PATIN*, à Paris, 1695. 12. mai. cum fig. & 2) IOAN. NICOLAI Dissertat. de nimbis antiquorum, imaginibus Deorum, imperatorum, Christi, Apostolorum & Mariae capitibus adpictis. Ienae, 1699. 12. c. fig.

Deinde laudamus gratum erga bibliothecam nostram animum suavissimi commilitonis Ioan. FridERICI Vlbrichti, Chemn. primi ordinis eius perindustrii, qui rarissimum nobis obtulit librum, cuius inscriptio haec est: *Musae lacrymantes, siue Pluris Tragica, id est, septem Tragoediae sacrae Eustam Sodomae, Abimelech, Iephthe, Samson, Saul, Amnon, Sedechias, auctore R. P. IACOBO CORN. LVM-MENAEO a MARCA, Relig. Presb. S. Bened. in morte Blandino ad Gandanum. Duaci, 1628. 4. min. 1. Aph. 7. plag.* Caue, vt credas, me spatii tantum explendi causa integram hanc adduxisse inscripionem huius libri: Ea potius ex causa hoc a me factum esse profiteor, vt minus recte ab aliis, qui huius libri fecerunt mentionem, dicta vel emendari, vel omissa suppleri queant. Sic celeberrimus DAN. GEORG. MORHOFIVS in Polyhist. suo Litterar. Lubecae, 1732. 4. edito T. I, Lib. VII. c. 13. n. 15. p. 1069. de recentiorum tragoediis agens nihil praeter haec habet: *Nec sunt Iacobi Cornelii a Marca tragoediae contemnendae.* Quam manca haec sunt! Paullulum copiosius doctissimus CHRISTIAN. GOTTLIEB IOECHER in Lex. Erudit. Lipsf. 1733. 8. T. II, p. 58. Marca (Cornelius Luminaeus) ein niederländischer Poete, Orator und Historicus, von Gent bürtig, war ein Benedictinermönch in Peters Kloster auf dem Berge Blandin,

din, bey Gent, florirte ums Jahr 1620. und schrieb Tragoedias sacras; Orationes sacras; Duces Burgundiae eosdemque Flandriae comites & res ab iis gestas 1613; Stemmata & flores siue diarium Sanctorum &c. Quemadmodum MORHOFIVS vocem *Lummenaeus*, sic IOECHERVVS, quem etiam sequitur LEXICON VNIVERS. T. XVIII, p. 1155. vocem *Jacob* omisit & neuter integrum exhibuit titulum, locum vero & annum impressionis reticuit vterque. Varia adhuc notanda lubens praetereo & vel hoc vnum moneo has Musas lacrymantes antea non solum separatim typis expressas esse, sic *Amnon s. incestus Thamarae* prodit Gandavii 1617. v. M. MART. LIPENII Bibl. Theol. Francof. 1685. fol. T. II, p. 93. b. sed etiam coniunctim Venetiis, 1623. 4. Huic vero nostrae editioni ipse auctor in dedicatione D. IOACHIMO ARSENIO a SCHAICK, Abbati ad D. Petri in monte Blandinio iuxta Gandauum sacra palmam tribuit scribens: Succinxi tragicum Syrma & veluti fibula quadam in nodum collegi; rotondi luxuriam & fortassis in breui illo cinctu & Laconica tonsura, seuera Melpomene magis arridebit. *Illud vernantis ingenii praeludium est veluti rudimentum quoddam esse duco, quod olim in publicum extrusi*; hoc virile vtrunque & neruosum, atque adeo maturioris aevi & iudicii & sic fortasse heroicum & tragicum magis. Magno praeterea in pretio hae Musae fuerunt viris purpuratis tunc temporis illustribus FARNESIO, BARBERINO, BVRGHESIO, SANSEVERINO, BORROMAEO aliisque vti ex litteris praemissis videmus, qui etiam laudibus auctorem exceperunt maximis. Sic D. ANGELVS GRILLVS Abbas Congreg. Casin. Parmae p. 64. scripsit: Lucubrationes has praeceptis poetices egregie imbutas agnoui & tuam ipsius eruditionem admirans, litteras politiores ab ordine nostro non exulasse facile perspexi. Quid si sacrarum litterarum professorem, cothurnum Sophoclaeum indutum, cernam abigere a re publica Christiana comicorum turbam, in morum corruptela, inseruientem adolescentibus & pietatem vna cum religione a pectoribus nostris semouentem. Facebant Plauri, euanescant Terentii, sintque a nobis procul isti profani. Huc ergo conuolet Christianus, & cum morum probitate

pieta-

pietatem addicat, religionem intueatur, aemuletur. Tibi interim alteri Maroni Maecenates non defuturos, fat scio. ANTONIVS vero de WINGHE Abbas Laetiensis, ita p. 65. Scias opusculis tuis poeticis vehementer me recreari & iuuari, quia in iis pietatem & honestatem arti & doctrinae iungis, abstinesque ab iis, quae te virum religiosum scribere & me legere non deceat. Grati-
am inibis omnium illorum, qui vanas illas & impuras Musas fastidiunt: & quod praecipuum est, meritum consequeris apud DEVM, vt qui piis & honestis tuis verbis obscena & indecentia carmina e manibus philomusorum excuties. Et comes tandem FRANCISCVS ABDVA in litteris Mediolani 1622. scriptis: Tragoedias tuas summa cum voluptate legi, legamque saepius captus grauitate sententiarum & verborum elegantia, quibus veteres illos Euripidem ac Sophoclem videris retulisse, p. 201. Sed satis de hoc egregio paucis forsitan cognito libro, cui comitem dedit Vlbrichius HERODOTI *Histov. ex translatione* CONRADI HERESBACHII, *Basil. 1559. 8.*

Nunc ergo ad Directorium statuum a PETRO ATTENDORNIO, Argent. 1489. 4. editum & a me iam nominatum accedo. Primum, vt dixi, (a) locum in eo occupat

1.) Oratio IO. GEILERI de KEYSERSBERG, in praesentia Episcopi & Cleri in Synodo Argentinensi habita.

Nimirum ille, in cuius praesentia habita est haec oratio, cathedrae Argentinensis antistes fuit ALBERTVS Comes Palatinus. Is, quum suo tempore corruptissimos sacerdotum quorundam mores & statum ecclesiarum miserrime deprauatum animaduiceret, Dioeceseos suae pastorum congregationem A. 1482. institui per litteras iussit, vt huic grauissimo malo medela viribus vnitis parari posset, id quod ipse GEILERS in ipsa oratione his testatur verbis:

G 3

bis:

(a) Memorabil. P. III. Chemn. 1771. 4. p. 35.

bis: Haec nempe celeberrima congregatio, haec tua conuocatio sanctissima, o bone pastor, numquid non in nomine Iesu facta est, vere putanda est, sit enim, vt tuae litterae & sigillum praec se ferunt & testantur, ad extirpationem vitiorum & virtutum plantationem, quippe qui praecepisti, vt conueniant visuri & audituri, quae pro *ecclesiastica reformatione* agenda forent & pertractanda. Causa igitur huius congregationis fuit *reformatio* tunc temporis iam ante LVTHERVVM necessaria & orationis GEILERI ipsa, quam aperuit iussu episcopi, congregatio. Contenta huius orationis verbis doctissimi IAC. WIMPHELINGII (b) suppeditare placet. Memum de hac oratione, inquit, hoc est iudicium: Non potuit accuratius a quoquam dici, quid sit agendum cuique episcopo, quales ei consules assumendi, qualem se gerat in suos sacerdotes, quomodo vniuersum ecclesiae suae statum bene dirigat. Quomodo vitia & cleri & plebis refecerit. Nemo sit sacerdotum, qui non illam saepe legat, vt sciat, se ab indoctis & illiteratis plerumque episcoporum consulibus, scribis, satellitibus immerito vexari, opprimi, floccipendi. Principes saeculares summo labore quaerunt consiliarios litterarum peritos, & episcopi fouent consulares & scribas laicos tanquam nihil ad eos attineat, si violentia, si ignorantia, si legum & canonum moderamine res publica gubernetur. Suum antistitem GEILERS vt bonum pastorem in medio discipulorum suorum iam stantem & *reformationem* ad exemplum Christi a spiritualibus inchoantem eximiis exornat laudibus: „Vae, vae vero, adclamat aliis episcopis, qui iam fremunt & strident apud inferos, qui discipulos suos non congregauerant neque in medio eorum vquam steterant vt pontifices, quin potius inter strepentes militum exercitus, lenones & gartiones non infulam neque baculum pastorem, sed lanceam & galeam ferentes, quibus diabolus sic stare iussit, cuius & mercedem iam aeternaliter ardentem receperunt.“ Grauius saepe inuehit in sacerdotes, homines aegyptios, qui ouium pastores detestantur. Vobis, inquit, placent caballi superbiae, gloriae & ambi-

(b) In Epistola huic Directorio praemissa.

ambitionis. Vos auaritiaē cornūs & vřfos & porcos denique & paf-
 ſeres luxuriaē cum lupis voracitatis & adulationis canibus vt deos ex
 totis cordis veſtri niſibus veneramini. Sed haec animalia, has fer-
 ras & beſtias boni ouium paſtores percutiunt, iugulant & occidunt.
 Sed haec haecenus de oratione GEILERI, quam in Directo-
 rio nunc excipit

II.) IODOCI GALLICI, Rubiacenſis, oratio habita in
 Synodo Spirenſi quarto Idus Maii A. M CCCC LXXXIX.
 praefente domino LVDOVICO eiusdem eccleſiae inclito
 epifcopo.

Vtrum & quando haec oratio typis expreſſa ſit, nescio: eam
 vero expreſſam fuiſſe ex verbis editoris ATTENDORNII colligo
 ſcribentis, ſe edita in vnum coaceruaſſe. Neque harum rerum ali-
 as peritiſſimus FABRICIVS (c) quaerenti huc ſatis faciet, & de ipſo
 praeterea GALLO nonnulla a veritate remota tradit. Vera vero
 haec ſunt: IODOCVS GALLVS, auunculus celeberrimi CONR.
 PELLICANI, natus eſt Rubeaci, oppidi in Alſatia ſuperiori, vulgō
Ruffach, A. clo CCCC LIX. hinc rectius Rubeacenſis, quam Rubea-
 quenſis, dicitur. Puerum egregiae indolis & bonae ſpei anno aeta-
 tis decimo tertio Minores ſic dicti in coenobio ſuo *Rubeaci* a lue pe-
 ſtilenti cuſtodiuerunt: Diſcipulus deinde IAC. WIMPHELINGII
 & LVDOVICI FRISII Slerſtadii factus multum profecit, quem ſic
 rite praeparatum miſerunt poſtea *Baſileam* Franciſcani, vt altiora
 ibidem pertractaret ſtudia. His finitis ſe conuulit *Heidelbergam* &
 ſic

(c) Ita in Bibliotheca Lat. Med. & Inf. aetat. Lib. VII, p. 43. ſcribit:
 IODOCVS GALLVS Rubeaquenſis, Theologus & *anſtes* Spirenſis,
 cuius opuſculum: *Neſce te ipſum* lucem vidit Heidelbergae 1480. Ipſe
 diem obiit A. 1516. v. CORN. BEVGHEMII incunab. Typogr. Non
 fuit *anſtes*, ſed paſtor & concionator, neque A. 1516. ſed 1517. eſt
 mortuus, ſicut nos docuit doctiſſimus MELCH. ADAMVS in vit.
 Theol. Francof. 1707. f. p. 126. 134. 136. Huic viro me multum debere
 gratus profiteor.

fic in liberalium artium studia incubuit, vt breui tempore lauream magisterii obtineret. Mox cooptatus in collegium Vniuersitatis praefectusque est muneris regendi *Bursam* sic dictam *nouam*, quo nouo in contubernio ARISTOTELIS Logicam & Physicam interpretatus est auditoribus suis. Eloquentiam strenue excoluit praepatore RV-DOLPHO AGRICOLA, & multas publice cum laude habuit orationes latinas. Succedente tempore Baccalaurei & Licentiatu Theologiae honores assequutus aliquoties sacces Reſtoris Vniuersitatis Heidelbergensis habuit, & artem concionandi sedulo exercuit. Quo facto *Steinbachii* supra Heidelbergam & tandem *Spirae* muneris pastoris & praedicatoris in ecclesia cathedrali omni diligentia praefuit & tribus Episcopis Ludouico, Helmstad. Philippo I. de Rosenbergh, & Georgio, Comiti Palat. Rhen. Spirensibus a consilio fuit. An. cl̄s CCCC LXXXIX. eam, de qua loquimur, orationem sub Episcopo LVDOVICO in Synodo Spirensi dixit. A. cl̄s l̄s XI. ab Episcopo *Philippo* missus est Pforzhemium, vt lites inter Plebanum & Mendicantes ortas componeret, & A. cl̄s l̄s XVII. d. 21. Martii podagra diem obiit supremum. Bibliothecam suam ad vsum Minorum Rubeaci, opes vero suas ecclesiae S. Germani legauit testamento. Noluit sibi epitaphium poni, sed vt simplex Christianus sine veste in sepulchro iuxta amicum breui antea defunctum sepeliri voluit, sperans fore, vt resurrecturus sit ad iudicium non vt sacerdos & doctor, sed vt humilis Christi cultor. IODOCVS noster in munere suo laboriosus, diligens & eloquens fuit, & vt tunc erant tempora, concubinam habuit, sed extra domum, id quod tolerabilius iudicauit, quia facilius se continere posset, quam domi, quod impoenitentiae signum esset. Praeter hanc nostram omnibus incognitam orationem scripta illius typis expressa praecipua sunt haec: 1) Nofce te ipsum, Heidelb. 1480. 2) Praefatio in IAC. WIMPHELINGII Sphaeram, ib. 1486. 3) Tetraſtichon, ib. 1489. (d)

His

(d) IOS. SIMLERVS in Bibl. ſua, Tiguri 1574. ed. f. p. 429. varia adhuc ſcripta, ſed inedita & in Bibliotheca Rubeaceniſi Fratrum Minor. ſeruata, adduxit.

His praemissis argumentum ipsius de qua nobis sermo est, orationis indicare tenemur. Est illd exhortatio ad congregatam Spirae, 1489. sacerdotum concionem breui dialogo conscripta. IACOB WIMPHELINGIVS de illa ita scripsit: (e) „Quemadmo-
 „ dum IOANNES de KEYSERSBERG in oratione sua vberime
 „ dixit quod sit episcopi officium: Sic nec omisit IODOCVS Ru-
 „ biae. quid ad clerum quoque pertineat. Posuit dialogum lepidif-
 „ simum, quo mores & vitia cleri, quo vitam ruralium atque vr-
 „ banorum sacerdotum pulcherrime descripsit, nihil silentio prae-
 „ teriit, quod bono militi christianae religionis necessarium esse vi-
 „ deatur.“ Sacerdos mores recenset & Presbyter illos perstringit
 & meliora docet. Gaudeo, inquit, *Sacerdos* 1) tam alto spiritali
 me gradu sublimatum. 2) Me sacros ordines recepisse. 3) De
 sacerdotali religione mihi placeo. 4) Est mihi pingue beneficium.
 5) Ornata mihi est varii generis supellex. *Presbyter*: Dic plane
 quae sit tibi gratior. An vt sim augur ego tuus. Gratissima est ti-
 bi omnium, quam habes domi, famula pulchrior, lasciuia, anno-
 rum duo de viginti & succiplena. 6) *Sacerd.* vac mihi, rubor in-
 gens obruit ora. Et verecundia nocentem me proficitur velim,
 nolim. 7) Sunt mihi blada, sunt mihi pecuniae, sunt mihi vina
 valore & numero pretiosa. 8) In rure beneficiatus sum. 9) Per-
 mutabo in ciuitatem. 10) De permutando promissio facta est. 11)
 Gaudeo, me venturum in ciuitatem, vbi pergrata est societas cle-
 ricorum. 12) De contracta praelatorum amicitia gaudeo. 13) Be-
 neficia se conferre mihi pollicentur. 14) Magister ego sum. 15)
 Ad paucas missas restrictus sum. Hi sunt Sacerdotis sermones, ad
 quos responder illosque grauiter taxat Presbyter.

De reliquis Directorii scriptis in posterum agam. Nominan-
 di nunc sunt iuuenes quidam bonae spei & indo is, qui memori-
 am b. SALOM. SIGELII in Bibliothecam nostram benefici pia
 mente recolere cupiunt.

(e) In Epistola Directorio praemissa.

I.) CA-

H

QKya 1544
X 2993243
L
VD 18

- I.) CAROLVS TRAVGOTT HUBNER, Chemn. de docto Cal-
lipide dicet, *latine.*
- II.) IOAN. GOTTLOB, MAY, Chemn. de studiis Germano-
rum, *gallice.*
- III.) IOAN. GOTTHELF MELZER, Gelenau. de infirmitis,
quae grauissima etiam in calamitate nobis exhibet DEVS,
beneficiis, *teuton.*
- IV.) IOAN. ANDR. LAEMMEL, Chemn. de doctrina Epicu-
ri, *graece.*
- V.) IOAN. GOTTLOB. TENNER, Ernstthal. Schoenb. meri-
ta SIGELII decantabit, *carm. teut.*

VOS nunc, INSPECTORES Scholae nostrae GRA-
VISSIMI & VOS omnes, bonarum litterarum PATRONI
& FAVTORES summopere colendi, omni, qua fieri potest, ob-
seruantia rogo atque obtestor, vt beneuole adesse, dicturis parulas
praebere aures illorumque conatibus fauere velitis. Gratissimum
& ad quaeuis officia paratissimum VOBIS religiosissime animum
spōndemus. P. P. Chemnicii, die Salomonis d, VII. Febr. A. R. S.
elo 1o CCLXXII,



M.C.

Q. 230. 8

Ya
1544

5

MEMORABILIVM
BIBLIOTHECAE. CHEMNICENSIS

PART. V.

EDIT. ET. SIMVL

AD

ACTVM. SIGELIANVM

D. III. ID. FEBR.

A. R. S. c10 10 CC LXXII.

HORA. NONA. AVDITA. INSTITVENDVM

GRAVISSIMOS. SCHOLAE. INSPECTORES

PATRONOS

FAVTORES. QVE. REL LITTERARIAE. OMNES

SVMMA. ANIMI. VENERATIONE

INVITAT

M. IOAN. GEORG. HAGER

RECTOR.



CHEMNICII
LITTERIS. IAHNIANIS.

(5.)

